VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Genesis

11.

uxore abram. Vocauitq; pharao
abram et dixit ei. Quid hoc fecisti
mihi. Quare non indicasti
quod uxor tua esset. Quam ob causam
dixisti esse sororem tuam. ut tol
lerem eam in uxorem. Nunc igitur
ecce uxor tua. accipe eam et vade.
Precepitq; pharao super abram
uiris. et deduxerunt eum. et uxorem
illius. et omnia quecumq; habebat. Cap. xiii.

Ascendit ergo abram de
egipto. ipse et uxor eius
et omnia que habebat. et loth cum
eo. ad australem plagam. Erat
autem dives valde in possessione
auri et argenti. Reuersusq; est
per loca quo venerat. a medio in
bethel. usq; ad locum. ubi prius
uxerat tabernaculum inter bethel
et ai. in loco altaris. quod fecerat
prius. et in uocauit ibi nomen dni.
Sed et loth. qui erat cum abram
fuerunt greges ouium. et armenta
et tabernacula. ne poterant eos
capere ut habitarent simul. Erat igitur
iniqua subiacens mutua. et non poterant
habitare simul. Unde et facta est
iniqua inter pastores gregum abram
et loth. Eo autem tempore chananeus
et pherezeus habitabat in illa terra.
Dixit ergo abram ad loth. Ne
quaeso sit iurgium inter me et te
et inter pastores meos et pastores
tuos. fratres enim sumus. Ecce uni
uersa terra coram te est. recede
a me obsecro. Si ad sinistram ie
ris. ego ad dexteram tendam.
si tu dexteram elegeris. ego ad si
nistram peragam. Eleuatis itaq;
loth oculis. vidit omnem circa re
gionem iordanis. que irrigua ere
bat. antequam subuertisset deus
sodomam et gomorram. sicut paradi
sus dni. et sicut egiptus uenientibus
in segor. Elegitq; loth sibi ergo
ne circa iordanem. et egressus est ab ori
ente. diuisiq; sunt alterutrum. a fra
tre suo. Habitauit in terra chana
an. loth uero moratus est in opi
dis. quae erant circa iordanem et habita
bat in sodomis. Homines autem sodomi
te pessimi erant. et peccatores coram
deo nimis. Cap. xiiii.

Dixitq; dns ad abram postq;
loth. Dumq; est abeo.
leua oculos et uide. a loco in quo
nunc es ad aquilonem. et ad meridi
em. ad orientem et ad occidentem.
Omnem terram quam aspicis tibi dabo. et
semini tuo usq; in sempiternum. Fa
ciamq; semen tuum sicut pulueres terre.
Si quis potest hominum numerare pulueres
terre quoq; tuum numerare poterit.
Surge et perambula terram in lon
gitudine. et in latitudine sua. quam
tibi daturus sum eam. Mouens igitur
abram tabernaculum suum. Venit et
habitauit iuxta quercetum mambre
quod est in ebron. edificauitq; ibi
altare dno. Capitulum xv.

Factum est autem in illo tempo
re. ut amraphel rex senaar.
et arioch. rex ponti. et cha
dorlahomor rex elamitarum. et
thadal rex gentium. inierunt bel
lum. cum bera rege sodomorum.
et cum birsa rege gomorre.
et cum semab rege adame. et
cum semeber rege seboim. cum
rege bale. ipsa est segor. Omnes
isti uenerunt in uallem siluestrem
que nunc est mare salis. Duo
decim enim annis seruerant chodor
lahomor. et tredecimo anno reces
serunt ab eo. Igitur anno xiiii°
chodorlahomor. et reges qui
erant cum eo. peruenerunt raphai
in astaroth carnaim. et zuzim cum